

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 112. Revocatio exemptionum & Conserviarum sitne favorabilis  
vel odiosa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

De Conservatoribus Ecclesiasticis.

284  
in alieno territorio alteri pleno jure subiecto jurisdictionem exercere non posse.  
DD. d. loco. Neque impedit Conc. Trid. Quia illud non revocat jurisdictionem  
nem aliorum ordinariorum licet Episcopis inferiorum, *Navarr. conf. 9. de priuilegiis*,  
*Dec. cap. ad nobram num. 14. de appellat. prout & ego adhuc superioris comprobavi,*  
viderique poterant ea quæ hanc materiam concertentia latius in scholis ad-

QUÆSTIO CXI.

An Exemptiones & Conservatoria amittantur per non usum.

S U M M A R I U M.

1. Privilegium sine contradictione non amittitur per non usum.
2. Signanter cum privilegio ineſt clausula irritans ut inesse con-
3. Jus non utentium conservatur ex iure utentium.
4. Jus patronatus per usum compatrioni conservatur.

P Rivilégium non amitti per non usum nisi antecedat contradictione, latè respon-  
dit Wams. *tomo 2. conf. Fel. & DD. sap. cum accessione de constitutis.* Imò vero  
non tolli per non usum quoties privilegio ineſt clausula irritans ut inesse con-  
suevit exemptionibus, refoluit Rota decisi. 3. de privileg. in antiqu. Farinae. dec. 240. nn. 3.  
a fol. 135. editionis Francofurtensis anni 1612. signanter etiam in casu quo Collegium  
aliquid particolare dicitur, non usum privilegio, conservatur enim non utenti jus  
ex usu aliorum utentium, qui sunt ejusdem ordinis quibus de non usu opponi non  
potest. *Farinae. ibidem.* ad instar juris patronatus, quod per usum compatrioni con-  
servatur, *Abbas conf. 54. lib. 1. Curtius de iure patronatus vers. competens nn. 24. Farinae.*  
4. decisi. 240. nn. 6. & 7. qua de re vide quædam quæ superioris attuli, quæst. 38. & 61.  
& lib. 3. de Jurisdictione Ord. in Exempt. quæst. 13.

QUÆSTIO CXII.

Revocatio Exemptionum & Conservatoria favorabilis vel odiolos.

S U M M A R I U M.

## S U M M A R I U M .

1. Quæsto an sit favorabilis vel odiosa pri-  
mæ infiæctio[n]is.
2. Num an dispositio[n]i ex causa liberali vel  
merita.
3. Recessus à jure vel odiosus.
4. Reversio ad ius commune est favorabilis.
5. Revocatio privilegiorum communium est  
odiosa.
6. Dispositio[n] per quam ius parti tollitur,
7. Pontifex in dubio privilegiis derogare  
non presumitur.
8. Intellectus regula de non tollendo jure  
queſito.
9. Alia est una vice derogare privilegio,  
aliud in universum tollere.
10. Revocatio privilegiorum est juris  
odiosa.

**M**ultum interest, in omni disputationum genere, in primis disquirere na-  
turam disputationis controversial, siue odiosa vel favorabilis, odiosa enim  
restringenda est, favorabilis extendenda, cap. odio de reg. iur. in 6. Paucis ita-  
quacumq[ue] sunt qui distinguunt, utrum privilegia sint propria vel com-  
munia, hoc est, iuri communi contraria vel conformia, vide lib. 1. quæst. 1. n. 5. de  
Iurisdict. Ord. in Exempt.

Item an concessa sint ex pura putaque liberalitate vel per viam contractus aut  
recompensatione bene meritorum, seu alia specie concessionis, quæ inter irrevoca-  
biles privilegiorum concessiones recensetur, vide lib. 3. quæst. 1. de Iurisdict. Ord.  
in Exempt.

Si quæsto sit de revocatione privilegiorum, quæ sunt iuri contraria, aut quæ  
sunt ex cathegoria & specie revocabiles, sunt qui putant censer debere juris favora-  
bilis, quia sicut omnis recessus à jure communi qui sit per privilegia, juris est  
odiosi, scripti lib. 1. quæst. 4. de Iurisdict. Ord. in Exempt. ita & reversio ad jus commu-  
ne per similium privilegiorum revocationem censer debet juris favorabilis,  
DD. 1. 2. uniu. §. paclius ne peteret ff. de pactis Rom. conf. 318. late Nevisianus 5  
in silva nupt. lib. 6. numer. 23. & seqq. contrariorum enim contraria est ra-  
tio atque disciplina. Praes in locis legal. loco à contrariis. Si vero quæsto  
sit de revocatione privilegiorum qua dicuntur communia, id est quæ corpori  
juris sunt incerta, quæ explicavi alio in loco d. lib. 1. quæst. 1. numer. 3.  
aut privilegiorum quæ regulariter recenseri solent tanquam irrevocabilia,  
tunc eorum revocatio censer debet iuri odiosi atque restringenda d. cap.

Ratio est, quia per ejusmodi privilegia quæsิตum est jus parti. Omnis  
autem

N n 3

<sup>6</sup> autem dispositio per quam jus parti quicunque tollitur, censeri debet esse juris offici.  
Farinac. cent. 7. dec. 11. fol. 8. col. 4. Curtius cap. cum accessissent charta 10. de confia-  
fi. Ideoque Pontificem in dubio ejusmodi privilegii praेजudicare velle praeclaram non  
debet. Poregr. decis. 119. libr. 1. Imo ne quidem, ut est opinio aliorum, hujus & alter-  
ius speciei privilegii derogasse in dubio censendus est. Farin. d. dec. 11. Neque obstat  
quod nonnulli existimant per editionem ad jus commune modicum praे�judicium  
generari, ex ejusmodique reditione jus quicunque tolli non censere. Sarnensis ad  
Reg. cancellariae non tollendo jus quicunque tolli non censere. Tum quia regula de non tol-  
<sup>7</sup> lendo iure quicunque locum etiam habet, cum non tollitur jus quicunque ex jure spe-  
ciali & privilegio. Cesar à Graffis dec. 193. alias 1. de verb. fig. Tum quia aliud est  
derogare privilegio pro una vice tantum, aliud in universum tollere privilegia, Ca-  
pua q. dec. 42. lib. 1. & dec. 31. part. 3. Moshed. dec. 82. Sarnensis ad Reg. de non tolendo  
<sup>8</sup> jure quicunque que. 15. insine. Tum denique quod Pontifex in dubio jus quicunque  
eritiam ex privilegio tollere velle non censetur. Ioannes à Chockier Frater meus ad  
Reg. cancellariae d. Reg. 17. de non tollendo iure quicunque num. 29. Moshed. Cesar à Graffis  
jam landatis. Wameſ. conf. 15. num. 2. de consuet. Seraphinus dec. 1082. late Gabrielis.  
concl. lib. 3. concl. 6. per tot. & ideo Pontifex censeri non solet in dubio ea privilegia  
<sup>9</sup> vocasse quae etiam ex mera liberalitate processerunt, & à Pontificali voluntate de-  
pendent, quia ut dixi, principes aut Pontifex jus aliqui ex privilegio quicunque tollere  
non censetur, acideō odiosa inquit Dominus Wameſ. censeri debet privilegiorum  
<sup>10</sup> revocatio, & consequenter quamdiu de Pontificis voluntate non liquet re-  
stringenda.

## QUÆSTIO C XII.

Recurrens ad Conservatorem pendente appellatione interposita à sententia  
ordinarii, an dicatur attentare.

**Q**UÆSTIONEM hanc proposui in tractatu de Jurisdiction. Ord. in Exempt.  
lib. 4. quest. 91. respondique multis rationibus id licere,

## QUÆSTIO C IV.

Actio inter duos exemplos, an proponenda sit coram conserva-  
tore actionis vel rei.

SUM-